



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Bvlla S. D. N. D. Pii Divini Providentia Papæ quarti, super declaratione
temporis ad obseruanda decreta sacri œcumenici & generalis Concilij
Tridentini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

BVLLA S. D. N. D. PII,
 DIVINA PROVIDENTIA PA-
 pæ quarti, super declaratione temporis
 ad obseruanda decreta sacri œcume-
 nici & generalis Concilij
 Tridentini.

PIVS EPISCOPVS, SERVVS
*seruorum Dei, ad perpetuam rei
 memoriam.*

Sicut ad sacrorum Conciliorum decre-
 ta ac Canones, auctoritas atque confir-
 matio Apostol. Sedis, & debet & solet
 accedere: ita si qua super eis exorta sit du-
 bitatio, eiusdem Sedis iudicio, & declara-
 tione tollenda est. Ad aures nostras perue-
 nit, multos esse qui dubitent ex quo tem-
 pore cœperint decreta sacri generalis Con-
 cilij Tridentini ad reformationem & ius po-
 situum duntaxat spectantia eos, ad quos
 pertinent, obligare, illa præsertim quæ tem-
 pora certa præstitunt ad prouinciales dice-
 cesanasque Synodos celebrandas, ad sacros
 ordines suscipiendos, ad religionem profi-
 tendam, ad parochiales ecclesias, aliaque
 beneficia ecclesiastica, quæ eiusdem Con-
 cilij decretis retineri prohibitum sit, resi-
 gnanda, & ad complures res huiusmodi ex-
 equendas, ac alias omnes ad prædictam re-
 formationem iusque posituum tantum spe-
 ctantes, quæ obseruari, aut euitari debeant.

Nos

Nos itaque vt omnis cōrouersia dubitatio-
 que tollatur. Motu proprio eam rem, prout
 rationi, iuri & equitati cōuenire cēsumus,
 iuximus declarandam: Nam etsi ipsius Cō-
 cilij decreta etiam de venerabilium fratrum
 nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-
 nalium consilio, & assensu in Consistorio
 nostro secreto confirmata à nobis fuerunt
 sub finem Mensis Ianuarij, & ab eo etiam tē-
 pore apud hanc sanctam Sedem obseruari
 cœperunt: quia tamen non parum temporis
 in eis Romæ diligenter emendateque im-
 primendis necessariò consumptum fuit, &
 iure etiam communi sancitum est, vt Con-
 stitutiones nouæ vim non nisi post certum
 tempus obtineant: æquum nobis, & iustum
 visum est, prædicta decreta omnia ad dictam
 reformationem iusque posituum duntaxat
 spectantia, à Kalend. Maij proximè præ-
 teriti omnes obligare cœpisse, neq; post eã
 diem excusationem cuiusquam, quod ea ig-
 norauerit, admittendam; atque ita Aposto-
 lica auctoritate declaram⁹, ac definimus, &
 ab omnibus iudicari debere mandamus, at-
 que statuimus. Decerentes irritum & in-
 uane, si quid secus à quoquam quacumq; dig-
 nitate, auctoritate, & potestate prædicto cō-
 tingerit iudicari. Non obstantibus cōstitutio-
 nibus & ordinationibus Apostolicis, alijs-
 que in contrarium facientibus quibuscum-
 que. Nulli ergo omnino hominum licet
 hanc paginam nostræ declarationis, defini-
 tionis, mandati statuti & decreti infringere,
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis
 autem hoc attentare præsumperit, indigna-

tionem

tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-
tri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit
incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrũ
Anno incarnationis Dominicæ Millesimo
quingentesimo sexagesimo quarto, XV. Kal.
August. Pontificatus nostri Anno 5.

*Fredericus Cardinalis Casini,
Cæ. Glorierius,
H. Cumyn.*

Registrata apud Cæsarem Secretarium
Anno à Natiuitate Domini Millesimo
quingentesimo sexagesimo quarto, indi-
ctione septima, die vero vigesima mensis
Iulij, Pontif. Sanctissimi in Christo patris,
& D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ IV.
Anno 5. Retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ &
publicæ fuerunt in valuis Basilicarum
principis Apostolorum de Vrbe & S. Ioãnis
Lateranen. Necnon Cancellariæ Apostolicæ,
& in acie Campi Floræ, per nos Iacobum
Carra, & Iulium Parinum, præli-
bati sanctiss. Domini
nostri Papæ Cur-
sores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.